

10 post per xii dies propriam parrochiam quilibet visitabit qualibet vice xl Pater noster dicendo eo modo quo supra.

Secundo quilibet ieiunabit infra prescriptum tempus vii<sup>tem</sup> sextas ferias in cibis quadragesimalibus, ad quas ut sic de precepto ecclesie non extitit obligatus. Et abstinebit per vii quartas ferias a carnibus, ut sic sibi licitum esset comedere carnes.

15 Tercio quilibet ponet ad truncos per reverendissimum archiepiscopum nostrum locandos medietatem expensarum, quas fecisset limina sanctorum Petri et Pauli in anno iubilei pro premissa gracia adipiscenda visitando, in pias causas per reverendissimos dominos nostros legatum et archiepiscopum distribuendam. Que medietas uniuscuiusque consciencie relinquatur.

Quarto pauperes nil aut parum habentes suis conscienciis in huiusmodi expensis relinquuntur, ut 20 eciam nil aut parum dare teneantur, dummodo alias prescriptam tenuerint penitentiam.

Quinto persone, qui legitimo causante impedimento opida prefata Aschaffenburgense et Friczliariense accedere nequiunt, ultra premissas visitaciones adhuc per alios xii dies suas parrochiales ecclesias visitabunt, dicentes Pater noster ut supra.

25 Sexto cum personis, qui ex infirmitate suas parrochiales ecclesias visitare nequiverint, eorum curati dispensare possint et visitaciones tales in aliud pietatis opus commutare.

Septimo incole opidorum Aschaffenburgensis et Friczliariensis visitabunt ecclesias deputandas per domanium nostrum archiepiscopum xxiiii vicibus, ieiunabunt, contribuent etc. ut supra.

30 Octavo presbiteri seculares ultra premissa legent xii missas, dyaconi et subdyaconi legent quatuor psalteria. Et si ex aliquo impedimento hec complere nequiverint, confessor cuiuslibet in aliud pium opus commutabit.

Nono persone religiose in suis monasteriis manebunt, maius altare et ecclesiam intus vel extra xxx vicibus visitabunt et circuibunt, orabunt, ieiunabunt, missas aut psalteria dicent ut supra.

35 Decimo persone, qui in anno iubileo Rome fuerint et ob maiorem securitatem dicte graciae participes esse voluerint, omnem prescriptam penitentiam perficiant, dempto quod <ad> contribuendum medietatem expensarum non sunt astricti.

Undecimo persone, qui inceperunt penitentiam et, antequam compleverint, morte preventi fuerint, prefate graciae erunt capaces ex speciali dicti domini nostri legati concessionem.

40 Duodecimo subiungatur clausula generalis talis vel consimilis: Ammonet et exhortatur reverendissimus dominus noster archiepiscopus vos omnes et singulos sibi subiectos, ut corda vestra ad suscipiendum tantam gratiam per debitam contricionem et alia ad hoc requisita abilitetis, ut, cum ad confessores per ipsum deputandos perveneritis, ab eisdem taliter inveniamini, ut ab eisdem plenarie remissionis absolucione absolvi mereamini. Amen.

Qui de huiusmodi graciae concessionem et quomodo et qualiter vobiscum agere in huiusmodi debent negotio, plenius sunt instructi, quam presentibus est expressum etc.

45 Presencium scriptorem oracionibus vestris habeatis commendatum.

<sup>1)</sup> Das Datum ergibt sich aus Nr. 2108 und aus dem in Z. 4f. genannten Beginn der Ablasszeit.

<sup>2)</sup> Vermutlich durch den Mainzer Generalvikar Hermann Rosenberg.

zu <1451 Dezember 20, Köln>.<sup>1)</sup>

Nr. 2110

*Nachricht in der Chronik des Hartung Kammermeister zu Erfurt<sup>2)</sup> über die Anordnung des NvK, daß der in Erfurt zu gewinnende, inzwischen aber ausgelaufene Jubiläumsablaß noch vom 2. Februar bis zum 16. April 1452 in Fritzlär und Aschaffenburg erlangt werden könne.<sup>3)</sup>*

*Druck: Reiche, Chronik 130f.*

Nu als unser heiliger vater der bobist dy hie vorgerurten gnade in dy stad Erffurthe geleit hatte ein gantz iar aldo bestehene, das der ein iglicher in der stad und in der stad gerichtten muchten gebrochen, und als nu dy gegeben zzeit der gnade umbe und uszgegangen was, als leite der cardinal die selbin gnade an zwou stete vordir, mit namen gein Friszlar und Aschuffinberg uff Purificacionis 5 Marie anno domini MCCCCLII anzugehin und alda bestehin bis uff Quasimodogeniti.

<sup>1)</sup> Das Datum nach Nr. 2108.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1340.

<sup>3)</sup> S.o. Nr. 2108 Z. 21f. und Nr. 2109 Z. 4f.